

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1273

**Auteur(s) :** Jean l'Agneau [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Robert Fouée, vicaire de Bayeux [autre]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269, mars

**Lieu d'émission :** Bayeux

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean dit l'Agneau vend et garantit à Robert dit Fouée, vicaire à l'église cathédrale, une rente annuelle de 20 sous tournois sur son bien à Saint-Florel de Bayeux : Robert lui donne 12 livres tournois. (En marge : « De eodem. »)

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCXCXVIII, t. 2, p. 241-242.

## Dissertation critique

Mars 1268 est proposé par V. Bourrienne. Cf. Pâques tombe le 6 avril en 1268 et le 24 mars en 1269.

Texte établi d'après a

Sciant omnes praesentes et futuri quod ego Johannes dictus Agnus vendidi et concessi domino Roberto dicto Fouee, vicario in majori ecclesia Baiocensi, pro duodecim libris Turonensibus quas habui ab eodem in pecunia numerata, viginti solidos Turonenses annui redditus, percipiendos annuatim in tota mea masura et in tota mea terra retro adjacente, quas habeo in Campo Florido, in parrochia Sancti Floscelli, sitas inter terram (sic) masuram Martini Aladent, ex una parte, et masuram et terram Johannis Le Porchel et Willelmi Le Fouacher, ex altera : tenendum et habendum redditum dictorum viginti solidorum dicto Roberto et suis haeredibus, libere, pacifice, et quiete, sine contradictione aliqua mei et haeredum meorum amodo facienda in dicto reddito dictorum viginti solidorum Turonensium. Et volo et concedo quod dictus Robertus et ejus haeredes possint facere justiciam suam, qualemcumque voluerint, in dictis masura et terra, pro dicto reddito dictorum viginti solidorum habendo, videlicet decem solidos ad Nativitatem sancti Johannis, et totidem ad Nativitatem Domini. Et ego dictus Johannes et mei haeredes tenemur et debemus dictum redditum dictorum viginti solidorum, cum dicta justicia, dicto Roberto et suis haeredibus contra omnes garantizare et defendere, vel excambiare alibi, in nostra propria haereditate, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Pro hiis autem denariis quos inde habui, nec ego vel haeredes mei poterimus amodo dictas masuram et terram modo aliquo alienare, vel ex aliquo reddito honerare, seu modo aliquo impedire, quin ibi dictus Robertus et sui haeredes possint, pro dicto reddito dictorum viginti solidorum habendo, suam justiciam, qualemcumque voluerint, exercere ad terminos, videlicet ad Nativitatem beati Johannis et ad Natale

Domini, ut dictum est. Et, ut hoc sit firmum et stabile in perpetuum, istud scriptum meo sigillo confirmavi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, mense martii, coram parrochia Sancti Floscelli.